




**S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Basilius Episcopus. Defensio orthodoxe doctrinæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



## S. BASILIUS EPISCOPUS.

*Defensio orthodoxæ doctrinæ.*

Deus, qui virtute & oratione R. BASILII orthodoxam doctrinam defendere & illustrare dignatus es; concede, ut, ipso intercedente, Catholicæ fidei insistentes, ejus in cœlis præmium assequamur.

*Ora pro fidei defensoribus,*

**B**ASILIUS, cui eruditio & virtus Magni cognomen peperit, à SS. Basilio & Emmelia editus circa 316, à S. Macrina via fidei principiis imbuitus, à patre humioribus litteris exultus; doctrinæ amore varias orbis Academias adiit. Athenis contracta cum S. Gregorio Theologo amicitia, rediit in Cappadociam patriam suam an. 356, ubi totum se ad sacrarum litterarum & virtutis studia contulit. Faetus, post aliquot annorum anachoresim, Cæsareensis Episcopus, hæreticorum terror, orthodoxorum amor, Philosophorum decus, Monachorum pater, consolator pauperum & afflictorum audiit. Valentis Imp. Ariani minas fortiter contempsit, & Deo protegente evasit feliciter. Inter perpetuas infirmitates corpus suum jejunii continuis macerabat, donec an. 371 spiritum Deo reddidit i Januarii, licet hoc die festum ejus celebret Romana Ecclesia, multum commendans egregia ejus scripta,

*Argue, obsecra, increpa in omni patienti doctrina; erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt. 2 Tim. 4.*